

grossos et VIII hellenses, item Hannus Apacz de uno manso tantum solvit per omnia ut praecedens, item Heyneke Hunolt de uno manso solvit in dicto termino unum maldare siliginis et tantum avenae nec non XXX^aI grossos et II hellenses, item dictus Mathey Jenik habet unam portionem agrorum praedictorum, de qua solvit duos grossos et VIII hellenses, quem quidem censum praedictus Johannes Yleburg ab episcopo et ecclesia Misnensi in feudum tenuit — et — pro centum sexagenis grossorum Fribergensium eidem Johanni et suis heredibus iam integraliter persolutis vendidit honorabilibus viris et dominis Theoderico de Goch electo ecclesiae Misnensis, Francisco Koningisbrücke canonico, Bertoldo de Gebeze vicario perpetuo dictae ecclesiae Misnensis et Jacobo de Sommerfelt tamquam testamentariis felicis recordationis domini Nicolai olim decani — ad quatuor vicarias in ecclesia Misnensi per ipsos testamentarios nomine ipsius domini Nicolai antiqui decani Misnensis fundandas et erigendas. Praefatus etiam Johannes Yleburg coram nobis personaliter constitutus huiusmodi censum et mansos — in manus nostras libere resignavit, renuncians cum dictis suis heredibus omni iuri et actioni — wie No. 656 —. Et quia memorati domini testamentarii — dictum censum — ipsis conferri — pro huiusmodi quatuor vicariis per eos ex testato in ecclesia Misnensi erigendis humiliter petierunt, nos igitur administratores et capitulum antedicti ipsorum — precibus favorabiliter inclinati praetaetum censum et mansos in dicta villa et pago villae Omsewicz sitos — quatuor vicariis et earum vicariis, qui pro tempore fuerint contulimus — et appropriavimus — iusque nostrum quod nobis nunc vacante sede, vel episcopo Misnensi qui pro tempore fuerit, quocunque modo de iure vel de facto in praedicto censu et mansis aliquo modo competere posset in ipsos vicarios huiusmodi quatuor vicariarum qui pro tempore fuerint transferimus pleno iure. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium sigilla nostra una cum appensione sigilli nostri capituli praesentibus duximus appendenda sub anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo mensis Junii die sexta in civitate Misnensi praesentibus honorabilibus discretis et strennuis viris Thymone de Grunrade canonico, Henrico de Elsterberg, Nicolao de Elstirwerde sacerdotibus et temporalibus vicariis ecclesiae Misnensis, necnon Frederico Porczk et Nicolao Kobirshayn armigeris, et aliis pluribus fide dignis testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln Ramfolds von Polenzk, Johannes von Eckirsberge und dem kleineren des Capitels an Pergamentstreifen.

No. 725. 1393. 7. Febr.

Die Administratoren des Hochstifts während der Sedisvacanz und das Capitel genehmigen und bestätigen die vom Decan Joh. von Poczte beabsichtigte Stiftung des Festes des Gedächtnisses (commemoratio) der Jungfrau Maria, sowie seines und des Jahresgedächtnisses seiner Eltern in der Domkirche.

Nos Ramfoldus de Polencz et Johannes de Eckirsperge amministratoros ecclesiae Misnensis a capitulo Misnensi sede vacante concorditer electi, Theodericus de Goch electus, Reinhardus de Boyla, Franciscus Konigisbrücke, Johannes de Herstin alias de Polencz, Andreas Grawe, Cunradus de Wedera, Otto de Donyn, Thymo